

clit stus; & p[re]co diaboli, omniumque hominum...

139. Toto autem tempore suar p[re]dicationis, hi duo viri magni multa prodigia facient...

Sancti, non obfuscatissimas; sed ob Dei gloriam...

401.

Hi duo Sancti p[re]cones cum multa patientia sustinentes proprias in urias...

Richard.

Quo potentior, et patientior sit.

Prov. 14.

141.

Ferrarius.

Justi, quamvis alias p[er] ob Dei decretum p[er]nas inferunt.

142.

Nam hoc est divinum decretum, divinamque lex, ut iniqui, & impii puniantur ob magna...

peccata Israel, ait Elias Achab: Vivit Dominus Deus Israel...

Accedens quinquagenarius princeps cum suis militibus ad Eliam, dicens, quod Rex precipiebat...

QUESTIO XX.

Explicatur ampla potestas data a Deo his duobus suis p[re]conibus.

Antichristus cum suis asecclis, arte demonum, multa falsa, & mentita signa faciet...

Hoc est primum miraculum, seu potius miraculi genus: ignis exiet ab ore eorum...

Supplicium in impios a Deo venit.

143.

4. Reg. 1.

Proprium est hominis Dei sceleratos punire.

144.

Contra mendacia Deus veris pugnat, Aretas.

mundi Elias, & Enoch; & Me est sensus literalis.

146. Ansbertus. Psal. 140.

Psal. 108.

D. Thom.

Multa efficacia deprecantur orones Antichristi

147. Interlin. D. Anselm. Albertus Magnus, & Cardinal Hugo.

Ruper.

Elias & Enoch habent potestatem spirituales.

Panno.

Mello.

148. probatur Antichristus spirituales.

uar.

Matth. 18.

Just.

149.

3. Reg. 17.

Moraliter Ansbertus Abbas exponit locum de efficacia p[re]dicationis eorum, qua inflammabunt corda auditorum...

Alii graves Patres exponit de jurisdictione spirituali: Ignis exiet ab ore eorum...

In hac difficultate existimo, quod isti duo illustrissimi viri habebunt aliquam jurisdictionem...

Hoc est secundum genus miraculorum, claudere, nempe coelum, ne pluat, ut fecit Elias...

Hoc est secundum genus miraculorum, claudere, nempe coelum, ne pluat, ut fecit Elias...

de primo miraculo, ac de hoc, & duobus sequentibus: nam in primo miraculo loquitur per actum...

Et ratio discriminis hanc est, quia in primo miraculo, quotiescumque aliquis ex Antichristianis voluerit eos ledere...

Moraliter: Ansbertus per pluviam intelligit p[re]dicationem, juxta illud Deuter. 32. num. 2. Concreta ut pluvia doctrina mea...

Et potestatem habent super aquas, Convertendi eas in sanguinem.

Hoc est tertium genus miraculorum, quod Elias, & Enoch perpetrabunt: Tamen non omnes aquas in sanguinem convertent...

Moraliter, Aqua maxime distat natura a sanguine: Elias, & Enoch, aquas convertent in sanguinem...

Textus diversimode loquitur in primo, & aliis miraculis.

150. Juxta eorum beneplacitum pluvia mittetur.

151. Ansbertus. Daniel. 32.

Elementa pro suo creatore puniantur.

152. Potestas convertendi aquas.

Exod. 7.

153. Peccator insensibilior creatura insensibilis.

Aretas. tura insensibilis Aretas: Obarma scilicet Deus Sanctus, sicut ut aeterna sermone homines con-

154. Major potestas eorum, quam Moy- sis in Egypto. Ecce quartum genus miraculorum, quod de eis dicitur, & denotat amplam potestatem miraculorum, & sane habebunt ampliore quam Moy- ses: nam Moy- ses tantum plagis percussit Egyptum: At & Elias, & Enoch, talibus plagis, & pluribus a iis, petere poterunt terram prout eis liberit: hac potestas eis dabitur sine imitatione tam plagarum quam locorum, ac temporis; quae potestas in eis durabit per tempus suae praedicationis, scilicet tribus annis cum dimidio.

155. Alcazar. Adverto tamen, quod Alcazar in praesenti, ait, quod Elias & Enoch facient similes plagas ut Moy- ses in Egypto, quas ille tamen mystice interpretatur: ut prima plaga sanguinis dicitur scordiam infidelium Judaeorum tempore Titi, secunda ranarum, eorumdem rixas, & tumultus. Tertia Cinyphum denotet curas, & sollicitudines, quae eos d' fecerunt: & sic de caeteris: at haec sunt mystica, & non literalia; nam secundum litteram vere, & realiter tales plagas, & multo majores efficient.

156. Epit. in his potestas omnifera. An huiusmodi potestas est in raculorum? Ut patet ex dictis, hi duo illustrissimi testes habebant potestatem miraculorum, quoad ultionem, ut patet ex dictis; Quaeimus nunc, an habebunt potestatem beneficium miraculorum, v.g. mortuos suscitandi, sanandique omnia genera, & itudinum? ad quod respondeo affirmative cum Ferrario: quia talis potestas multum conducit, & valde necessaria est ad finem conversionis populorum, & praecipue Judaeorum, de quibus ait Paulus, 1. Corinth. 1. Judaei signa quaerunt. Memorantur tamen, quae dicta sunt, & ad ultionem pertinent: quia illis maxime fructuabunt Antichristianos, cum quibus erit eorum bellum, & contentio, quae hic annuntiat.

157. Quomodo hac miracula operabuntur? Miracula, & prodigia perpetrabunt Elias & Enoch, ad insinuandum nomen Jesu crucifixi, in virtute crucis ejus, ac sanctissimae Trinitatis nam virtutem tantorum mysteriorum testificatam faciet tunc Elias in suis operibus, quando illam jam insinabat in suis factis, quando vixit ante raptum.

158. Cum Elias vellet puerum mortuum revocare ad vitam: Expandit se, atque mensus est super puerum tribus vicibus, 3. Reg. 17. num. 2. In qua ceremonia, ut clare patet, Elias crucis formavit effigiem: Homo enim extensis brachiis, cui is exprimit imaginem, ut denotaretur, quod virtute crucis in raculum operabatur: sic sentit D. Augustin. serm. 3. de Annuntiat. in B. blia. Virginali loquens de S. Elisabetho, qui eadem ceremonia, ad imitacionem sui magistratus fuit, sic ait: Hoc sacramento crucis Sanctus Elisabethus Sumamitis filium, os ori manus suas manibus ejus applicans, orando suscitavit, & vivum matri restituit.

159. Sed adhuc restat examinandum, cu-

vibus, & non potius duabus, vel quaternis, mensus fuit Propheta? Difficultatem solvit Gilibertus apud Tilmanum ad praedictum locum dicens. Ideo tribus mensus vicibus, ut Trinitatis cognitionem conferat, & dividat mensura fidei. Metitur ergo tribus vicibus, formam exhibens crucis & etiam mysterium Trinitatis declarans, in cujus fide ac cognitione miraculum fiebat: & adverte, quod Elias fuit primus homo, qui mortuum revocavit ad vitam; ut ad citatum locum Reg. notat Cajetan. Hic est primus mortuus, qui ab initio mundi resuscitatus est; & hoc factum est in fide Trinitatis, quia a fide Trinitatis, omnis vita, & salus in nos dimanans.

Apoc. 11. n. 7. Et cum finierint testimonium suum, bestia, quae ascendit de abyfso, faciet adversum eos bellum, & vincet illos, & occidet illos.

Num. 8. Et corpora eorum jacebunt in plateis civitatis magnae, quae vocatur spiritualiter Sodoma, & Egyptus, ubi eorum Dominus crucifixus est.

VERSIONES.

Syrus n. 7. Et quando abolverint testimonium suum, tunc animal dentibus, quod ascendit de Abyfso, faciet cum illis praesidium & vincet eos.

Arabicus. Cum abolverint prophetiam suam, bestia ascendens de abyfso terrae.

Primasius. Et cum finierint martyrium suum.

Paguinus. Bestia egressa de voragine.

Syrus n. 8. Et cadavera eorum erunt super vicum latum urbis illius magnae, quae vocatur spiritualiter Sodoma, & Egyptus.

Arias. Et cadavera eorum in plateis civitatis:

D. August. Cadavera eorum projicientur.

Arabicus. Quae spiritualiter vocatur Sodoma Aegypti, locus, in quo crucifixerunt dominum suum.

Pagn. Tygur. Ubi Dominus noster crucifixus est.

EXPOSITIO VI.

160. Eorum Praedicatorio, & prophetia dicitur. M finierunt testimonium suum; hic noster Joannes dicit testimonium, quod superiori vers. 6. dixit prophetiam, sicut & vers. 3. & horum sanctorum Praedicatorio, recte dicitur testimonium, & prophetia: erit enim testimonium fidei, & veritatum divinarum prophetiarum; & bene hic dicitur testimonium, quo explicatur finis Praedicationis horum sanctorum: nam bonos suo testimonio firmabunt in fide, malos autem suo testimonio convincent, & ostendent inexcusabiles; cum ergo tempore praestituto, scilicet 1260. dierum, explicaverint suum testimonium.

161. Bestia, scilicet Antichristus turpibus, & bestialibus moribus fervens ut Dico dante dicam cap. 13. num. 1. Quae ascendit de abyfso, per superbiam suam, ut explicat Haymo, ut de eo ait Paulus 2. ad Thessal. cap. 2. num. 2. Exiit enim super omnes, quod dicitur Deus, ita ut in templo Dei sedeat; & haec bestia dicitur, quod de abyfso, scilicet de profundo iniquitatis, & malitiae ascendit: & faciet adversus eos bellum; variis artibus, & modis; vincet illos, corporaliter nempe: ac proinde vincet illos, non deterrendo, ac praedicoando, ac in suas partes trahendo, sed occidendo eos.

Et corpora eorum, insepulta, jacebunt, seu ut legit D. Augustinus, projicientur, quod denotat magnam ignominiam in plateis. Syriacus habet super vicum latum, & denotat forum civitatis: nostra vulgariter in plateis ponitur plurale pro singulari, vel probabilius, sacra illa cadavera funibus trahentur raptata per plateas, cum multa ignominia, & opprobrio totius vulgari turba, civitatis magnae, nempe Jerusalem, ut in sequentibus exprimitur, quae ob nefandas libidines, spiritualiter vocatur Sodoma; & ob idololatriam, & multiplices superstitiones, & ob seavam etiam fidelium persecutionem, & Aegyptus cognominatur, ubi olim Christus Jesus crucifixus est: quo aperte Jerosolyma denotatur.

QUESTIO XXI

Bellum, Occiso Elia, ac Enoch, eorum que corpora inhumata.

163. Ait Text. quod cum hi duo illustrissimi praedicoes Christi finierint suum testimonium, nunc Deo permittente, Antichristus exercebit in eos omnem suam tyrannidem, sic & Joannes Baptista non potuit extingui ab Herode, usquequo perfunctus fuisset suo testimonio. Imo & Sanctus Sanctorum Christus Jesus dicebat. Joan. 7. Tempus meum nondum advenit; & Luc. 22. dum in horto caperetur, dixit. Quum quotidie fuerim vobiscum in templo, non extendistis manus in me, sed haec est hora vestra, & potestas tenebrarum, sic & manus iniecerunt in eum & tenuerunt. Sic hi duo Prophetae, finito suo testimonio, deo sic ordinante, devenient in manus Antichristi, sed antequam

in illas incidant, prius suos confirmabunt, praedicoendo eis omnem seriem suae mortis, ne illa perturbentur: deinde & gloriosum triumphum suae resurrectionis.

Bestia ergo faciet contra eos bellum, adhibens omnia saeva, & dira tormenta, virgas, fustes, cruces, aculeos, candentes ferri laminas, vel cacabos, ungues ferreos, saevas bestias, fornaces ardentes, thermas succensas, venenatos serpentes, lapidum aggeres, vincula, carceres, &c. cum tamen his in vanum discedet bestia illa, ad calidiora confugiet. Ampla, & magna dona exhibebit, verba de promerit blanda, adhibitis fictitiis, & falsis miraculis, ut quos non possit tormentis, decipiat suasionibus: sed irrita erunt omnia; nam eorum fortitudo inconcussa semper stabit.

Fortis est, ut mors, dilectio, dura sicut infernus amulatio. Cantic. 8. num. 6. Dilectio fortis, ut mors, quia sicut mortem nullus vincere potest, sic nullus unquam veram charitatem: Dura sicut infernus amulatio. Amulatio in praesenti sumitur pro vehementi charitate, ut communiter notant Patres; explicant Cassiodorus, & Beda. Beda, sicut infernus, quos semel recipit, nunquam dimittit, sed semper durissime eos retinet, sic vehemens charitas, seu amulatio Dei, semper ipsum durissime: ac firmiter retinet, ut nulla vi ipsum dimittat: vel juxta D. Anselm. solum. sicut infernus infatigabilis, est in sustinendis tormentis, sic vera Dei dilectio numquam fatiatur in sustinendis tormentis pro ipsius amore, ut hi duo fortissimi testes.

Et ait Joannes, & vincet, & occidet eos; quomodo eorum invictus animus potest vinci a bestia; nec enim magni belli Dominici duces, velut duo fulmina belli Antichristo cedent, usque ad mortem, egregium veritati testimonium; dantes fidem propugnabunt, quo ergo pacto ait Text. vincet illos, ideo Ansbertus ait, quod vincet referatur ad reprobos; occidet, ad justos, sed utrumque referatur ad Eliam, & Enoch. Nota quod dicitur superius vers. 5. hos sanctos usuros praesidio ignis, adversus eos, qui illos ledere tentabunt: finitis diebus suae Praedicationis 1260. tali praesidio destituentur, & tunc contra illos, non quidem invitos, sed maxime volentes, ac libenter divinae ordinationi quiescentes, praevalebit Antichristus; quod est, aliquo pacto eos vincere, prout corporaliter tradentur in manus ejus D. Thomas: Vincet illos, ait, corporali violentia, non spirituali victoria, quia non succumbent, nec per erroris consensum, nec per defectum rationis, non enim derisus eis, qui dicit, ego dabo vobis os, & sapientiam. Luc. 22.

Occidet eos, genus mortis non exprimit factum Text. Ferrarius ait hic quod videtur probabile Antichristum in odium Christi, quem sancti praedicoabant, maxime in eadem civitate, in qua Christus crucifixus, iussurum eos imitari eodem genus mortis, & crucifigi in eodem Calvariae monte; & hoc videtur denotare Text. Ubi Dominus eorum crucifixus est, & tandem mandabit, de cruce deponi, non tamen sepeliri, sed projici in plateas, & hoc non est improbabile: & favet D. Thomas danda quaestione sequenti.

Certissimum est in hac re, quod Elias, & Enoch occidentur ab Antichristo crudelissimo mortis.